

Prina et Guilielmus de Monteberto et Visio de Arena et Albertus Peluchus¹⁾ et Guilielmus Peluchus et Manfredus de Oltramis in civitate Mediolani supra pallatium rei publice, dederuntque domino Arnaldo desuper arengeria consullum Mediolani et ibi astantibus d. Paganus de Laturre²⁾ et d. Vergo de Camerario³⁾ et d. Gotecinus Mamerius⁴⁾ et d. Albertus de Malbavato et d. Rugerius de Bollate⁵⁾ et d. Albertus de Cavalcacantis et d. Morro de Morris⁶⁾ et Johannes Zavatarius⁷⁾ iudex Mediolani quoddam privilegium ipsis consullibus cum instantia et terminatione et minis exigentibus, quod imperator Federichus fecerat communi Modocie. Et insuper precepit iussertus^a dominus Albertus de Malbavato consullibus dicti burgi, quatenus in alia die proxima sequenti, ut eisdem consullibus Mediolani darent quoddam aliud privilegium regis Henrici, et si non darent, in sequenti die posuerunt burgum^b et homines burgi in banno mille librarum et quod prestarent communi Mediolani pro banno mille libras et salvis aliis preceptis, que nobis facerent et preciperent, Johanni Zavatario ut iustum bannum. Tenor quorum privilegiorum erat talis:

In nomine sancte et individue trinitatis. Federichus divina favente clementia imperator augustus. A memoria nostri cordis numquam excidet, quanta multitudine miserationum suarum ille summus oriens ex alto⁸⁾ nos visitaverit, qui diadema imperii et coronam glorie capiti nostro imponere dignatus ecclesie sue hostes et imperii mirabilis ipse rex regum et dominus dominantium⁹⁾ mirabili triumpho nostre dominationi semper subiugavit. Quia vero honorem imperii nobis a deo commissum non minuere sed augere, non exterminare sed integrum conservare debemus, auribus et oculis universorum

a ?, vielleicht mit suprascriptus aufzulösen.

b burgum zweimal

¹⁾ 1204 im Zusammenhang mit Monza, vgl. *Manaresi* S. 379 Z. 53.

²⁾ 1181–1197 belegt. *Consul von Mailand*, vgl. *Manaresi* S. 173 Z. 20, S. 286 Z. 5 usw.

³⁾ 1185–1206 belegt. *Consul von Mailand, Rector der Lombardei*, vgl. *Manaresi* S. 215 Z. 45, S. 404, 30 usw.

⁴⁾ 1194–1200 belegt. *Consul von Mailand*. *Manaresi* S. 261 Z. 35–S. 332 Z. 5 usw.

⁵⁾ 1194–1200 belegt. *Consul von Mailand*, vgl. *Manaresi* S. 285 Z. 25, S. 333 Z. 20 usw.

⁶⁾ 1202–1215 belegt. *Sapiens, Consul von Mailand*, vgl. *Manaresi* S. 340 Z. 30, S. 511 Z. 10 usw.

⁷⁾ 1192–1215 belegt. *Consul von Mailand*, vgl. *Manaresi* S. 251 Z. 20, S. 521.

⁸⁾ *Lucas* I, 78.

⁹⁾ 1. *Tim.* VI, 15. *Apoc.* XIX, 16.